



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Liber De Regno Dei, De Qvo Christvs Loqvvtvs Per Dies quadraginta

Flavin, Melchior de

Parisiis, 1566

Tractatus de regno Domini nostri Iesu Christi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29986

I
TRACTATUS DE RE-
GNO DOMINI NOSTRI
IESV CHRISTI.

De duplici
patris regno
quo donatus
est filius.

CAPVT



I^I NTER encomia, quæ
diuinus sermo tribuit
summo Deo, est regia
dignitas, Psalm. 21. Do-
mini est regnum: Ipse
enim est rex magnus su-
per omnes Deos, qui dicit rex magnus
ego sum, per quem cæteri reges regnant.
Prouerb. 8. ceu ministri huius regis re-
gū. Rom. 13. & 1. Pet. 2. Ea enim dignitas
regia in Deo promit nobis illum omniū
authorem, qui suo nutu omnia creauit,
Gen. 1. Ioā. 1. Heb. 1. & 3. Act. 17. & Apoc.
4. & 10. Hanc omnium creationem fassi
sunt omnes, quicumque habiti sunt sapiē-
tiores. Inter Ethnicos quicquid obgan-
niant suis futilibus argumētis Arist. eiuf-
que Alex. Aphrod. cum grege Epicuri.
diuini poetæ hoc decātant, mundum vi-
delicet, ab vno principio suum accepisse
initium, quòd est α, & ω, de quo fusissimè
Hesiodus, Orpheus, Plato, Hermes in suo
Pymádro, Pythagoras cum suo interpre-

I.

Psal. 94.

Prouerb. 8.

Mal. 1.

Rom. 13.

1. Pet. 2.

Genes. 1.

Ioan. 1.

Heb. 1. & 3.

Act. 17.

Apoc. 4. &

10.

A

te hierocle, Thales, Alcinous Platonico, aliique innumeri, quos citant Iosephus, Aristoboles, Tertulianus, Eusebius, &c. Miracula siquidem Moyfi confirmant eius doctrinam de creatione mundi, & aliis reconditis, quæ nobis exposuit. Enimvero vsus est signis pro argumentis, & portetis pro rationibus, de quibus plurimi Gētiliū scripserunt, vt Berofus Caldæus, Mainetus Ægyptius, Hieronymus, Fenix. Vaticinia etiamnum probant hanc Moyfi doctrinam: Nam ex Ptolomæo solo numine diuino afflati, prædicunt particularia. Cum de futuris contingētibus nō sit determinata veritas, Vnde Esa. 41. Annunciate quæ ventura sunt in futurū, & sciemus quia dij estis vos. Omnes prophetæ, Christus, Apostoli, quinimo impius Machometus cum suis subscripserunt doctrinæ Moyfi. Cernimus perspicuè quæ omnia recognoscant Deum regem, eique obediant. Omnia, inquit, Psalm. seruiunt tibi. Psal. 118. Idem Psalm. 103. & 147. Ad inuocationem siquidē nominis Dei obedit. sol Ios. 10. & 4. Reg. 20. Item Cæli, 3. Reg. 18. Item mare Exod. 14. & Psal. 114. Quid est, inquit, mare quod fugisti, & tu

Psal. 118.

Psal. 103.

Ps. 147.

Iosue 10.

4. Reg. 20.

3. Reg. 18.

Exod. 14.

Psal. 114.

3. Reg. 18.

4. Reg. 1.

Iordanis quia conuersus es retrorsum? Itē ignis, 3. Reg. 18. & 4. Reg. 1. Defecerit mihi tempus si recensuero mortem, vitam, infirmitates, cælum, terram, inferos, aues, pisces &c. id genus creaturarum, quæ audito Dei nomine nedū obediūt Deo, sed etiam famulis Dei: Cum dicimus etiam Deum regē, fatemur eum omnia regere & moderari: vt κοσμοκράτωρα κ̄ κοσμίτωρα omnium habere prouidētiam, quam fatētur Christicolę, primo articulo sui Symboli, quam fusissimè asserūt aduersus Epicurū David Psal. 103. 144. & 146. Et Christus doctor noster: Math. 6. & 10. & Luc. 12. Siquidem curam habet & capillorum nostrorū, quos dinumerauit, vt nec minimus cadat in terram, sine patre nostro. Tu, inquit Sapiens, pater omnia gubernas prouidētia, quam notat יְיָ apud hæbræos & θεος apud Græcos: per quem intelligūt vnum supremum numen, cuius imperio & potestate omnia administrantur: & cui nihil deest. Deus enim dat rebus essentiam, eas producēs, sed per prouidētiam ordinat eas in finem. Vnde est ordinis bonum: ratio enim ordinans in finem, est prouidentia in mente diuina,

Psalm. 103.

144. 146.

Math. 6.

et 10.

Luc. 12.

Sap. 14.

DE REGNO

Rom. 13.
Sapient. 8.

Genes. 3.
& 19.

Exod. 12.
& 14.
4. Reg. 20.

Hebr. 1.

Matth. 8.
Psalms. 33.
& 90.

& ratio in summo omnium principe, quę cuncta disponit: habet enim rationem & cognitionem agendorum, & præcipit illa dirigi in finem. Ideo est operatio, & intellectus, & voluntatis diuinę. Atqui executio ordinis dicitur gubernatio, quę temporaria est. Sed prouidētia dispositio est æterna. Sap. 8. Attingens à fine vsque in finem disponens omnia. Rom. 13. Quę à Deo sunt, ordinata sunt &c. Finis rerum est bonitas Dei, post quam præcipuum bonum rerum est perfectio vniuersi. Vtitur interim Dominus in ipsa orbis gubernatione, opera suarum secundarum causarum, Angelis præcipuè, à quibus mouentur orbis, disponuntur elementa, demandantur executioni Dei iudicia. Gen. 3. & 19. Per eos extrusus Adam, Subuersa Sodoma, percussi Ægyptij. Exod. 12. & tandem submersi & obruti. Exod. 14. Fusus Sennacherib, 4. Reg. 20. & alias sæpe per angelos, siquidē stationarios ac statiuos dirigit homines & tuetur. Omnes, inquit. Paul. Hebr. 1. sunt administratorij spiritus, in ministerium missi, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. Non secus Christus, Matth. 18. & Psal. 33. & 90. Sunt

etiamnum rectores & prouinciarum & regnorum. Dan. 10. & 12. Vnde Dominus vt ostēdat se regem regum & Dominum dominantium, transfert regna de gente in gentem. Eccl. 10. & Dan. 2. Expende quęso quę regna dederit regi Babylonis. Hieremię 27. & Ezech. 26. 27. 28. 29. Et Cyro regi Persarum. Esa. 44. Hęc dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram vt subijciam ante faciem eius gētes, & dorsum regum vertā. Ego (inquit) ante te ibo, & gloriosos terrę humiliabo. Ego Dominus & non est amplius, extra me non est Deus. Vnde idem Cyrus, 1. Esdr. 1. Omnia regna terrę dedit mihi Dominus Deus cęli. Ex August. enim 5. Ciuit. Deus subiecerat Imperium orbis Romanis ob iustitiam quā colebant, aliāsque virtutes morales, quas tēporalibus voluit remunerare vt Abraham, dedit Ismaeli, & filiis concubinarum munera, sed soli Isaac hęreditatem, Gen. 25. & Galat. 4. Enimuerō regna huius sæculi largitur. De^o piis & impiis Mat. 22. reddite Cæsari quę sunt Cæsaris, &c. Dedit Constantino Imperium Romanū & idem dedit Iuliano, sed cęleste regnū

Dan. 10. & 12. Eccl. 10. Dan. 2. Hierem. 27. Exec. 26. 27. 28. 29. Esa. 44. 1. Esdr. 1. Augustinus lib. 5. de Ciuitate. Gen. 25. Galat. 4. Matth. 22.



Augustinus
de ciuitate
lib. 4. cap. 33
lib. 5. ca. 21.
Ozeæ. 13.
Iob. 34.

Iosephus.

folis impartitur piis ex August. 5. Ciuitat.
 cap. 21. & 4. cap. 33. Constituit aliquan-
 do reges, & largitur regna ad puniendos
 populos. Ozeæ 13. Dabo eis regem in fu-
 rore meo. & Iob 34. Regnare facit hypo-
 critam, propter peccata populi, sed maxi-
 mē vt per eos animaduertat in tyrannos,
 vnde dedit Alexandro Monarchiam
 orbis, vt esset Dei flagellum aduersus re-
 gulos, quos ob illorum tyrannidem deie-
 cit. Siquidem cum adhuc esset in Mace-
 donia apparens, illi Dominus in visione
 promisit de Oriēte victoriam, vnde cum
 summus sacerdos Hebræorum Iadus,
 obuiaffet ei extra Hierusalem: in habitu
 sacerdotali: descendens de equo Alexan-
 der, adorauit eum, dicens: Deum in tali
 forma apparuisse ei, cum polliceretur vi-
 ctoriam, de Perfide & Oriēte. Vnde pro
 eo diuisit mare Hysficum, vt olim mare
 rubrum. Ad preces eius coniunxit mon-
 tes Caspios. Cum 34. milibus peditum &
 5. milibus equitum & 80. nauibus, pene-
 trauiť victor vsque ad regionem Syna-
 rum, & arbore solis, à mari Illirico, suba-
 cta tota Asia, & parte Europæ, pro qua
 victoria habuit, robur corporis animo-

fitatem, largitatem, & armorum indu-
 striam, ingenio & longo vsu, septem
 annis nactus est suum imperium. Vi-
 ctoriam eius de Dario Persarum rege *Daniel.8.*
 longe antè prædixerat Dan.8. quam con- *i.Macha.1.*
 secutus est ad fluuiũ grãnicum. Demum
 subuersis Thebis, siluit terra coram eo.
i.Macha.1. Vnde cum rediisset Babylo-
 nem, victor ex Oriente, cõcesserunt ad eũ
 legati ex toto Oriente, Cartagine, & tota
 Africa, ex Hyspania, Gallia Cicilia, & aliis
 insulis. Tamen quia dono dei abusus est,
 permisit dominus, vt Antipater suborna-
 ret filium suum Cassandrum, qui cum fra-
 tribus suis Philippo & Iolla ministrabãt
 ei, qui propinauit illi, ex vngue equi, toxi-
 cum, cõscio suo medico Thessalo, vnde *Mors Ale-*
 sexta die concessit fatis, anno suæ ætatis *xandri.*
 33. & vno mense: monarchiæ 5. & mace-
 donum regni 12. Diuisa monarchia 12.
 aulicis suis, inter quos orta innumera dis-
 fidia, hoc latè patet ex lib. Mach. Augusti
 no, Euseb. & Orosio. Licet enim Deus, in
 omnibus regnis, manifestauit suam &
 potetiam & prouidentiam, præcipuè ta-
 men in 4. monarchiis, de quibus. *Daniel.2.*
 Monarchæ siquidẽ confecerunt regulos

& Tyrannos ad internecionem vsque exciti à Deo, quos Gentiles vocant hæroas, quasi semideos. Demū vna monarchia cōfecit, aliam & penè extinxit. Psal.

Psalm. 74.

74. hunc humiliat, & hunc exaltat: quia calix in manu domini &c. Iniquitas eorum quos vicerunt, fecit eos victores, quemadmodum hoc tempore peccata Christianorum Turcas. Prima Assyriorū

Daniel. 2.

monarchia fuit Dan. 2. aurea, diues, in qua primus rex Nem-roth. gygas decem cubitorū, qui vi cœpit regnare in Babylone, primus hæreticus à diluuiio, afferens hominum fœlicitatem non esse à deo, sed virtutis propriæ, sic euocans homines à timore dei, vt Epicurus, negans Dei prouidentiam, & Pelagius tribuens virtuti proprię & bona opera, & salutem. is Nemroth. *θεόμαχος* extruxit turrin Babel, vt resisteret domino. Demum cœpit

Ionico.

subiicere populos, edoctus tyrannidem à ionico quarto filio Noë, qui primus inuaserat terram Aetam, Primus tamen qui nactus est monarchiam iustam. Assyriorum fuit Ninus, quę terminata est in Balthasare, in qua 36. numerantur reges vsque Sardanapalum: & durat hoc regnum

1240. annis ex August. 4. Ciuit. & Trogo
 Pompeio, & Iustino quod regnū cœpit August. de
 ciuit. lib. 4.
 à latrocinio vt Romanorum. Secunda Iustinus hi-
 stori. lib. 1.
 monarchia fuit Medorum & Persarum
 sub Cyro & Dario, & extēditur vsque ad
 Darium filium Arsam, quem confecit A-
 lexander, & occidit de suis quindecies
 centum mille. habuit 14. reges in 252. an-
 nis, & dicitur regnum argentæum. Dan.
 2. ob eloquentiam & sapientiam. Ter- Daniel. 2.
 tia monarchia ænea Græcorum fuit ob
 eloquētiā, quæ cœpit in Alexandro, &
 in eo extincta est, quæ 5. annis extendi-
 tur. Quarta Romanorum ferrea, qui om-
 nia domantes, vicerunt per sapientiam
 exercitum armorum, & bonum regimen
 coluerūt: nempe iustitiam, per quam re-
 ges regnant, honorarunt omnes in ali-
 qua arte edoctos, & aluerūt. Ideo omnes
 potentes armis docti & artifices accede-
 bant ad eos. Omnes hæ monarchiæ per-
 secute sunt populum dei, Romana maxi-
 mē, sollicitantibus spiritibus malis. Dan.
 7. qui impiis ob eorum demerita præfunt: Daniel. 7.
 Daniel. 10.
 quemadmodum boni angeli regnis. Dā. & 12.
 Ecclesi. 17.
 10. & Eccle. 17. Michael enim præest dei
 populo. Dan. 10. & 12. Infidelium autem

DE REGNO

regna habent spiritus nequam, vnde de
 principe Babylonis. Isa. 14. de principe
 autem Tyri. Ezech. 28. & 29. de principe
 Ægypti, qui dicitur draco, Psalm. 73. &
 Amos 9. Omnia autem regna in hoc cō-
 ueniebant, vt colerēt principem mundi,
 per idololatriam. Vnde Romani audien-
 tes quòd Nabucod. destruendo deos
 gētium, quas subegit, incurrit eorum in-
 dignationem, & populorum defectionē,
 vt omnibus dominarentur, omnes deos
 gentium colebant, ideo constructum
 πᾶν θεῶν. templum Pátheon, prætermisso tantum
 deo Israel. Nam ex Socrate vnusquisque
 deus colendus erat iis, quibus oblectaba-
 tur. Deus autem Israel solus volebat colī.
 Dominum (inquit Moyfes) deum tuum
 adorabis, & illi soli seruiēs. Gloriam enim
 suā nemini daturus est. Esa. 42. Attamen
 in his 4. monarchiis, cognitus fuit Deus
 Israel. de prima. Dan. 2. à Nabucod. In
 qua etiam prophetatū de Christo in 2. cō-
 gnouit Cyrus Esa. 40. Tertius monarcha
 Alex. cognouit deum Israel, & adorauit.
 Sed longē amplius in quarta monarchia
 notus, & Deus & templū cultusque Dei,
 adeoque ipse Christus, sub qua natus. Lu-

Ezech. 28.
 & 29.
 Psal. 73.
 Amos 9.

Esaia 42.
 Daniel 2.
 Esaie 40.

Luca 2.

cæ 2. & auspicatus est regnum suū. Dan. Daniel 2.
 2. & 7. Lu. 1. & Esa. 19. Tunc licuit ob pa- & 7.
 cem, & principis vnitatem, vbicunque Luc. 1.
 ambulare ad Euangelium prædicandum. Esaie 19.
 Illud regnum honorat Christus Lu. 2. Luc. 2.
 Matth. 17. & 22. & Paul. Act. 22. Vnde Esa. Matth. 17.
 26. Ciuitatem sublimem humiliavit. id & 22.
 est Romam, quæ hebræis excelsa dicitur. Acto. 22.
 Hoc regnum patris vniuersale est æter- Esaie 26.
 num, quo omnia sunt eius potentiæ sub- Psal. 46.
 iecta in cælo, terra, mari, & omnibus abis- 102. & 144
 sis. Psal. 46. 102. & 144. Regnū tuū regnū Apocal. 19.
 omnium sæculorum Apoc. 19. Rex Regū,
 dominus dominantium: in cuius ditio-
 ne omnia sunt posita, & non est qui pos-
 sit eius resistere volūtati. Hester 13. Nam Hester 13.
 quæcunque voluit fecit in cælo & in ter- Psal. 134.
 ra & c. Psalm. 134. Licet hoc regnum igno- Zach. 13.
 rēt Epicurei, sed per Christum factum est & 14.
 hoc regnum notius. Zach. 13. & 14. Hac- Cap 2.
 tenus de vniuersali regno patris. Nunc De regno
 expendere oportet regnum Dei particu- particulari
 lare super populum suum, vnde dicitur super nece-
 rex Israel. Psalm. 113. Facta est iudæa san- siam & po-
 ctificatio eius, Israel potestas eius. Deut. pulum dei.
 32. Pars autem domini, populus eius. Ideo Psal. 113.
 quæritur dominus. 1. Reg. 8. & 12. Quod Deut. 32.
1. Regum 8.
& 12.

DE REGNO

Israelitæ non contenti Deo rege qui eos per iudices populi, ceu Dei vicarios moderabatur: efflagitarunt reges more gentium, qui licet sint à deo, Sapient. 1. & Ro. 13. Facile tamen labuntur in tyrannidem ob magnam potestatem, detractant subijci legi. Nam ex 10. Eth. Bonas fortunas non possunt ferre nisi valde boni: Reges legibus soluti, vt Ethnici, Luc. 22. & Mat. 18. non sunt grati Deo, siquidem absoluta ea potestas tyrannis nuncupatur. Iura regum Gentilium, quæ magis debent dici tyrannorum, exposuit Samuel Iudæis, more gētium petentibus regē, 1. Reg. 12. exponens futurā tyrānidem regū suorū, qui demum ex hebræis prophetauit de sæculo venturo, de Gog & Magog, & bellis eorum, de premiis iustorū, & pœnis improborē. Qualis autem debeat esse rex, populi Dei, exprimit Dominus. Deut. 17. Super omnia autem, vt nō teneat populum captiuum vt seruum. Nam ex 3. Polit. principatus temperatus est, ad commune bonum conferens, & secundum voluntatem subditorū: sed vitiatus quando deficit in vno vel vtroque. Vide illud regnum Hebræorum, quanta Dei prou-

Sapient. 1.
Roma. 13.

Aristoteles
Ethi. 10.

Luc 22.
Matth. 18.

1. Reg. 12.

Deut. 17.

Aristot.
Polit. 3.

dentia constitutum, defensum & auctum
 est, quandiu Deum coluerunt, 4. de Ci- August. de
 uit. cap. 34. At cum descuerunt à Deo, citat. lib.
 eorum iniquitas dedit robur hostib⁹ eo- 4. cap. 34.
 rum, & victoriã aduersus eos. vnde à Ie- Et cõuerso.
 conia nullum habuerunt regem ob ido-
 lolatriam & necem prophetarum Ierem. Ierem. 22.
 22. Ideo à captiuitate Babylonis, vsq; ad
 hæc tempora, nullum habuerunt regem
 de Iuda, sed nomine ducum rexerunt po-
 pulum A Zorobabel, vsque ad vltimum
 Ianum, qui fuerunt 15. duces. postmodum
 Machabeï, qui erant ex Leui, arrogarunt
 sceptrum vsque ad Herodem, tũc demũ
 amiserunt & sceptrum, adueniente nouo
 regno spirituali Christi. Nam primũ est
 animale, demum spirituale. Amiserũt mi-
 racula templi, vnctiones regum & facer-
 dotum. Ignem iugem, arcam, prophe-
 tiam, & Sachina ceu vrim & Thumim, de Exod. 28.
 quibus, Exod. 28. ex 3. antiquitatum Io- שכנה
 sephi, & lib. Sanedrim, vnde per annos Sachina ha-
 300. fuerunt sine prophetis vsque Ioan- bitatio Dei
 nem Bapt. post quem vltimus propheta, Iosephus an-
 missus à Deo fuit Christus. Hebr. 1. No- tiqui. lib. 3.
 uissimè locutus est, in filio suo, & Matth. Hebr. 1.
 21. Nouissimè misit filium suum, quo re- Matth. 21.

Pfal. 74. iecto, ablata est omnino prophetia *Pfal.*
 74. Item sceptrum, sacerdotium, miracu-
 la, templum, desierunt esse regnum Dei.
 Auferetur, inquit Christus, à vobis regnū
 Dei, non vltra super vos regnabit pater
 meus, sed princeps huius mundi, *Luce* 11.
Joan. 19. Spreuerunt enim suum regem Christum
Luc. 11. dicentes: non habemus regem nisi Cęsa-
 rem. Sed qui spernit filium, spernit & pa-
 trem qui eum misit. Tametsi postremis
 diebus, quęrent Dominum Deum suum
 & David regem suum. *Ozeæ* 3. Regnum
 illud vniuersale nactus est Christus *Heb.*
Ozeæ 3. 1. & 2. *Ioan.* 13. Omnia dedit ei pater in
Hebr. 1. manus & 17. Omnia mea tua sunt, *Matt.*
 2. *Ioan.* 13. 11. Omnia mihi tradita sunt à patre meo,
Ioan. 17. & 28. Data est mihi omnis potestas, in cę-
Matth. 11. lo & in terra. Idem *Dan.* 7. *Apoc.* 19. *Eph.*
Dan. 7. 1. *Phil.* 2. 1. ad *Corinth.* 15. Christus enim
Apoc. 19. Deus quemadmodum est vnus cum pa-
Ephes. 4. tre. *Ioan.* 10. 14. & 1. *Ioan.* 5. Ita cum patre
Philip. 2. est vnus æternus rex, sed postquā factus
1. Cor. 15. est homo, constitutus est heres omnium,
Ioan. 10. *Heb.* 1. Sicut enim Adam, non habens a-
 & 14. liū patrem, à Deo dicitur eius filius. *Lu-*
1. Ioan. 5. cę 3. Hæres & princeps mundi, *Gen.* 1. &
Hebr. 1. *Pfal.* 8. sic Christus non habens alium pa-

CAP. 3.

Quomodo
 regnum pa-
 tris datum
 Christo.

Ozeæ 3.*Hebr.* 1.2. *Ioan.* 13.*Ioan.* 17.*Matth.* 11.*Dan.* 7.*Apoc.* 19.*Ephes.* 4.*Philip.* 2.1. *Cor.* 15.*Ioan.* 10.

& 14.

1. *Ioan.* 5.*Hebr.* 1.*Luc.* 3.*Genes.* 1.*Pfal.* 8.